

Aduertencias para.

indulto, ac si specialiter & specificice ipsis esset concessum. Ex quo indulta concessa vni Monasterio Dni Dominici, Augustini, aut Francisci omnibus alijs eiusdem Religionis utriusque sexus Monasterijs, sunt communia. Vnde indultum Ecclesiae Sanctae Mariæ de Angelis de Portiuncula, à Domino nostro Iesu Christo concessum meritis, & intercessione Santissime Virginis, et à Summo Pontifice Honorio. 3. de novo concessum ut quicunque contritus & confessus, primo & secundo die mensis Augusti visitauerit Ecclesiam dicti Monasterij Indulgentiam plenariam consequatur, communicatur omnibus utriusque sexus Monasterijs nostri Ordinis, & fit illis commune. Atque ita contriti & confessi visitantes Ecclesiam Monasteriorum nostri Ordinis tam virorum quam mulierum hanc eandem Indulgentiam consequuntur predi&is diebus: etiam si chordæ confraternitati non sint ascripti. Priuilegia vero Fratribus particularibus vnius Religionis concessa, ob causam aliquam particularem, non communicantur alijs omnibus. Nam id in damnum maximum & Religionis detrimentum vergeret.

DE